



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

XXXI. Der Rath der Altstadt Salzwedel bekundet den Verkauf von einem Pfund jährlicher Rente von einem Bürgerhause an die Gewandschneidergilde, am 27. April 1285.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

bulle, Johannes Volpes cognomine, Alexander de Witinghe, Gifo Adelon, Godene Stefow, Henricus Dapifer.

Nach Lenz Br. Urk. S. 119.

XXX. Der Rath der Altstadt Salzwedel befundet, daß der Bürger Wedekin von Campe eine Rente von seinem Hause der Gewandschneidergilbe verkauft hat, die diese zum Vortheil der Armen verwenden soll, am 23. Februar 1285.

Nos vniuersi Consules antique Ciuitatis saltwedele recognoscimus presentibus protestando, Quod wedekinus dictus de campe, noster conciuil, domum suam cum area, in qua domus sita est, fraternitati pannicidarum in saltwedele coram iudicio et in facie nostra libero arbitrio resignauit rationabiliter et expresse, Ita uidelicet, quod idem wedekinus et quicumque post ipsum domum antedictam possederit, dare tenebitur, fraternitati prehabite de iam dicta domo vnum talentum denariorum perpetuo singulis annis in die beati martini episcopi recipiendum. Si uero talentum predictum magistris fraternitatis prelibate in die beati martini de dicta domo non daretur, tunc eiusdem domus possessor proxima die sequente cedit de domo predicta, in eadem nichil amplius obtinendo. Ceterum magistri fraternitatis prenotate III^o solidos de predicto talento in usus pauperum conuertere tenebuntur, scilicet petrus de holdenstede, noster conciuil, qui talentum sepit nominatum amore dei comparauit, cum XVI solidis ordinabit et faciet, quod voluerit, temporibus uite sue; post suum uero decessum prenarrate fraternitatis magistri totum talentum pretaxatum in elemosynam erogandam pauperibus conuertent, prout ipsis magistris visum fuerit expedire. Ne igitur fiat obliuio de premissis, presens scriptum desuper editum sigilli nostri munimine duximus roborandum. Consulium autem nomina, qui interfuerunt antedicto negotio, subscripta sunt, vt Thimmarus de vlfen, Henricus mechow, Cristianus miles, Conradus institor, Thidemannus de snege, Johannes georgii, Johannes benkendorp, hermannus gruf, Nicolaus plume, Johannes luchow, hoierus de vlfen, wolterus sartor, Henricus de thuriz et henneke de mechow. Datum anno domini M^o CC^o LXXXV^o, in vigilia beati Mathie apostoli.

Nach dem Originale im Salz. Archive XIV, 4.

XXXI. Der Rath der Altstadt Salzwedel befundet den Verkauf von einem Pfund jährlicher Rente von einem Bürgerhause an die Gewandschneidergilbe, am 27. April 1285.

Nos vniuersi Consules veteris ciuitatis saltwedele publice protestamur, Quod Johannes georgii et Johannes de luchow, magistri fraternitatis pannicidarum, emerunt iusto et rationabili modo erga Johannem cognomine wopac, cristiani pistoris filium, vnum talentum denariorum de domo sua ante castrum et de area, in qua dicta domus sita est, ad usus predictae

fraternitatis, annis singulis recipiendum nomine worthtins. Talentum vero antedictum in quatuor terminis anni dandum est hoc modo: in die beati Johannis baptiste V solidi, in die beati michaelis V solidi, in natiuitate domini V solidi et in pascha V solidi. Censum iam dictum Johannes wopao in hereditate sua prenotata Johanni et Johanni superius nominatis ad manus fraternitatis prehabite coram iudicio et in nostra presentia rationabiliter secundum ciuitatis iusticiam resignauit. Ut igitur premissa in frequenti memoria teneantur, litteram hanc desuper scriptam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Consulium autem nomina, qui prenotatis interfuerunt, subsecuntur, ut Thilmarus de vlfen, henricus de mechow, cristianus miles, conradus iustitor, Thidemannus de snege, Johannes georgii, Johannes benkendorp, hermannus gruf, Nicolaus plume, Johannes de luchow, hoierus de vlfen, wolterus sartor, henricus de thuriz et henneke de mechow. Datum anno domini M^o. CC^o. LXXXV^o. feria sexta ante Rogationes.

Nach dem Originale des Salz. Archives XIV, 2.

XXXII. Die Markgrafen Otto und Otto bereignen verschiedene Grundbesitzungen zu einem Altare, welchen Mag. Christian und Thidemann von Snegen in Salzwedel gegründet haben, am 1. November 1285.

Nos Otto et Otto, dei gratia fratres Brandenburgenses Marchiones, istius tenore pagine notum fieri cupimus universis ipsius continentiam percepturis, quod dilecti dapiferi nostri uidelicet henningi de campo pius inclinati precaminibus proprietatem quatuor mansorum soluentium tres choros siliginis in villa rybouu storum, et unius mansi sui in villa radomin soluentisque annuo unum chorum siliginis, nec non et unius mansi locati in villa koningestede, etiam reddentis annuatim unum chorum siliginis, quos mansos et quorum proventus Johannes et Gerardus, fratres de Visne, a nobis hactenus tenuerunt in feodo, ad altare quoddam, quod magister cristianus, qui infra pectoris sui recondit archana quicquid Grammaticae Synthaeos continet regula, et thidemannus de Snegen ritu nictantium personarum ad omnipotentis excultum Dei et beate Marie genitricis suae, cujus ope seiscenninis tenellis uagiens et puerilibus reptans cunis adoleuit infantia creatoris, nec non ad honorem beate Marie Magdalene, que peccatorum suorum rubigine per saluatoris donaria omnifariam depolita domos transfiliit astrigeras, sub similitatis edificauerunt connubio, pro animarum nostrarum remedio et progenitorum nostrorum, cum omni jure contulimus propter Deum, transferentes nostra voluntate spontanea jus patronatus ejusdem altaris in thidemannum de Snegen tanquam in possessorem legitimum et patronum, ita ut omnino eidem competat conditio possidentis, post mortem uero suam jus patronatus in illum transeat et ad illum spectet, qui eidem successerit liberali propagine legitimus et senior in etate hujusmodi diriuacione iugitate temporis obseruata. Rursum cui clerico premissum altare concessum fuerit, ipse unam missam per se uel per alium mediocri tonorum sonoritate quouis die celebret et decantet, si tamen ad negligentiam hujusmodi ipsum clericum necessitatis ingruentia non impellat. In cuius rei auctoritatem et testimonium luminosum prefeas scriptum fieri et sigillorum nostrorum presentia iussimus